



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Mavrontvs Confessor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

que post mortem miraculis coruscavit. Vide plura apud  
Hyac. Choquetum in vitis Sanctorum Belgij.

## M A V R O N T V S C O N F E S S O R .

5. Maij.

**D**Vaci (quod opidum est Flandriæ ad Scarpum flu-  
uium Academiâ anno Redemptionis humani ge-  
neris millesimo quingentesimo sexagesimo secundo in-  
stitutâ clarum ) in vetusta Deiparæ Basilica quatuor  
Sanctorum corpora, Amati videlicet, Mauronti, Onesi-  
ni & Gurdinelli adseruantur ; de quibus hi versus ante  
Orchestrā leguntur :

*Corpora Sanctorum sanctissima quattuor horum  
Hæc habet Ecclesia pignora cara sibi.  
Astra tenent animas caelesti nectare potas.  
His ut iungamur Christe Iesu fer opem.*

M A V R O N T V S beati Adalbaldi Ducis atque sanctæ  
Richtrudis filius , Amatum Senonensis Ecclesiæ Prä-  
fulem , exulem sanctum ex Perona Veromanduen-  
si ad Austrouandensem pagum duxit , & in Hamatico  
primùm Monasterio , post in Broilo honorificè tracta-  
uit , ac demum sepeluit in Monasterio , quod ibidem  
hortatu eiusdem Präfulū exstruxerat . Quod Monaste-  
rium saeuentibus Normannis inde anno Incarnationis  
Dominicæ octingentesimo septuagesimo Duacum ad  
Deiparæ ædem in Burgo seu veteri castello sitam cum  
sancti Amati corpore est translatum , lapsuque tempo-  
ris pro Monachis Benedictinis Canonici sunt substitu-  
ti . Obiit autem Maurontus anno Domini septingente-  
simo

simo primo in Marchianensi Monasterio, quod mater eius sancta Rictrudis excitarat. Vnde Duacum anno nongentesimo transiectus, eam urbem non semel ab hostibus defendit, ut nominatim anno millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto ab infidiis & armis Gasparis Colignij Hugonotorum in Gallia autesignari. Quâ de re Arnoldus Wonus patriâ Duacensis in Ligno vitæ libro tertio die sextâ Ianuarij consuli poterit. In eodem sancti Amati templo adseruatur brachium beati Adalbaldi Ducis, quem dixi sancti Mauronti patrem fuisse, itemque sancte Gertrudis quæ a via illius extitit. Vide plura apud Locrum 701. in Chronico.

### M A X I M U S E P I S C O P U S.

*Ipris.*

**C**VM ANNO SALUTIS 1553. Teruana per Cæsarem Ca- 8. Mar.  
tolum funditus excisa esset Corpora sanctorum Hunfridi & Maximi Episcoporum Ipras in Flandriam cum parte dotis Episcopalium protentuum Ecclesiasticorum sunt translata, vbi hodieque communi feretro inclusa honorifice adseruantur. Fuit autem Maximus Episcopus Rienensis in Province, & Abbas Monasterij Lirinensis cum Valerio Diacono & Rustico Subdiacono Teruanam venit, vbi & diuino nutu substitit. Obiitque anno quadragentesimo quinquagesimo. Habet & Ecclesia collegiata Antoniensis iuxta Tornacum Reliquiarum partem. Vide plura apud Gazæum.

T 2

MEDAR

